

Ante d. Th. d.

Notulae in articulum primum

- 1° Notanda sunt ea quae habet Cajetanus de ipsius tituli tribus notandis terminis, scilicet "necessarium", "physicas disciplinas", et "doctrinam"; Comm. in a. I., m. I - IV inc.

- 2° Notetur quod aliter exponit Joannes noster illum terminum "doctrinam", de quo hic legendus Curs. Th., disp. II., a. I., pp. 347-348 inc.

- 3° Quia ista Joannis nostri interpretatio a recentioribus plurimum rejicitur, ideo totus articulus D. Thomae perscrutandus est.

(1) Circa primam difficultatem, ibi "Ad primum sic proceditur...", nota quod doctrina, de qua in hoc articulo, opponitur philosophicis disciplinis, non autem principiis naturalibus.

Item nota terminos "rationem" et "quaesieris." Si terminus "ratio" sumitur proprie, contraponitur intellectui. De quo videri potest D. Thomas in Boet. de Trinitate, Q. VI., a. I., ad tertiam quaestionem. Quod autem hic sumatur proprie insinuari videtur ex termino "quaesieris." Non enim quaeritur de his quae intellectus sunt vel fidei ut sit. Investigatio enim vel interrogatio est duplex: una scientifica quae quaerit vel interrogat de conclusionibus tantum; alia est dialectica quae interrogat etiam de principiis propter eorum incoertitudinem. Fides autem quae sacrae doctrinae praesupponitur non habet incoertitudinem.

Iterum nota terminos "conari" et "quaesieris." Conatus autem vel inquisitio fit ab aliquo principio seu ex praecognitis. Fides autem est quasi praecognitum intellectui quodammodo proportionatum quantum a Deo infunditur. Et ideo rationabiliter quaeritur utrum ulterius liceat rationi nostro naturali per discursum altiora quaerere, ea scilicet quae verbaliter revelata sunt, quaestio enim est in promptu, quia ut infra ostendetur, theologia quavis originative et virtualiter sit ex principiis supernaturalibus in quibus fundatur, est tamen scientia naturalis acquisita formaliter. Si ergo S. Doctor loquitur formaliter, quaerit utrum habitus fidei liceat nobis ultra per rationem in altiora conari.

Confirmatur ex verbis sequentibus, ibi "Sed ea quae....." Circa quae notandum quod nec principia naturaliter cognita proprio rationi subduntur, sed ea quae ex principis ratione probantur, scilicet conclusiones. Praeterea, philosophicae disciplinae non principia, sed supponunt; tradunt vero conclusiones. Et ex hoc ipso sequitur difficultas hic tradita: quasi quaeretur quomodo altiora nobis possint rationi subdi.

Circa eadem verba ultioris nota terminum "sufficienter." Quasi dicatur: fides sufficit ad ea quae revelata sunt; disciplinam vero philosophicam sufficientem ad ea quae ratione investigari possunt. "Superfluum igitur....."

Unde, si D. Thomas formaliter loquitur, doctrina hic supponitur a fide distincta. Et tunc ista prima totius Summae difficultas est omnino in promptu, cum quaeratur utrum doctrina quae in hoc opere traditur sit necessaria, praesertim quia fides videtur sufficienter ver-

sari de supernaturalibus, philosophia sufficienter de naturalibus.

- (2) Circa secundam difficultatem nota terminorum formalitatem, ut in illo termino "solum." Sed praesertim notetur quod ista doctrina superflua videtur quae jam habetur quaedam pars philosophiae quae theologia dicitur, quasi petat utrum praetor theologiam quae sub ratione entis procedat necesse sit aliam tradi quae sub alia quadam ratione procederet.

Quaestio haec iterum est in promptu, cum intendat D. Thomas aliam theologiam hic quam metaphysicam tradere. Et ideo oportet eum illud probare necessitatem.

- (3) Confirmatur ex responsionibus interpretatio nostra. Nam sensus primo responsionis est quod non potest homo per rationem quaerere ut videat humanam cognitionem ea quae fide continentur, vel ut ea quae fide supernaturali creduntur per rationis inquisitionem fiant conclusiones humanae cognitioni omnino subditae. Quia tamen Deo placuit altiora nobis revelare per fidem, nunc ex fide creditis potest ratio nostra quaedam deducere. Altiora ostensa sunt nobis; et haec est totius sacrae doctrinae conditio.

Secundae responsio determinante loquitur de scientia quae est theologia alia a metaphysica.

- (4) Ly Sed contra constituitur duobus: principio ex sacra scriptura de promptu; et probatione ex illo desumpta. Ista probatio proprio theologia est, ut hic theologia singulis demonstrat necessitatem.

Circa textum scripturae notetur primo quod ipse scriptura divinitus inspirata dicitur "utilis ad" aliquid. Ipsa scriptura secundum se de formaliter revelatis. Sed ultra hoc dicitur utilis ad aliud, seu potest uti, quasi ex ea possit aliud ostendi, quod usum tantum manifestari potest. Secundo dicit illud ad quod utilis est. Et quidem primo "ad docendum": aliud autem quod docetur est doctrina; sed doctrina est cognitio probativa ex principis, non autem est principia. Et hoc est manifestare aliquam veritatem adducendo scripturam quasi principium. Et talem veritatem docere est illuminare de his quae utendo scriptura manifestari possunt. Secundo dicitur utilis ad "arguendum." Et etiam argumentum est discursivum. Arguitur autem contra negantes: unde scriptura utilis est defendendum veritates fidei. Hoc autem non fit recitando scripturam tantum sed ex ea ratiocinando. Et haec duo pertinent ad speculationem. Tertio utilis est "ad corripiendum," id est reprehensionem alienius ut eriperetur a malo: et hoc est praeceptum; et quando ad reprehensionem adhibetur scriptura, discursus est, v.g.: "Tu despicis circuitum tempus occupantes; sed scriptum est (ad Tim. I. 5, 7, 15) 'Qui bene praesunt presbyteri, duplici honore digni habeantur, maxime qui laborant in verbo et doctrina.' Ergo despicio tua male est." Quarto "ad erudiendum ad justitiam." Erudire autem addit ad docere aliquid practicum. Ergo non significat tantum docere quid sit justitia, sed etiam quomodo exercenda sit. Et haec duo ultima pertinent ad practicum.

Est autem valde notandum quod omnia illa ad quae scriptura dicitur hic utilis sunt "ad alterum", et referunt ad vitam eternam: rationis inter personas quantum ad speculativam et quantum ad practica; et omnes termini quendam importantem discursum ad altiorum; et etiam ipsa justitia est de se "ad altiorum." Unde scriptura hic dicitur utilis ad vitam Doctosine.

Deinde dicit D. Thomas per modum minoris: "Scriptura autem... " quasi dicat: Philosophiae disciplinae non possunt istud munus exercere, quia principia philosophiae naturalia sunt, et ex naturalibus tantum deducere potest. Sed circa hoc est quedam difficultas eo quod dicitur "secundum rationem humanam inventae." Nam, etiam conclusio theologica est secundum rationem humanam inventa. Ad hoc respondetur quod, ut infra ostendetur, theologia nostra formaliter naturalis est et acquisita, est tamen scientiae beatissimae subalternata quaeum continetur, et sic non est secundum rationem humanam tantum inventa, sed oritur ex principis supernaturalibus. Unde philosophia est scientia ex principis naturaliter notis; sed illa est ex principis divinitus inspiratis. Dicitur autem scientia divinitus inspirata ratione principiorum et ratione subalternationis, propter quod dicitur "scientia sanctorum," et "quaedam impressio divinae scientiae." (infra a. 3, ad 2).

Conclusio autem huius "Sed contra," scilicet "utile igitur... " non videtur respondere quaesito, scilicet "Utrum necessarium sit preter..." Nam non quodlibet utile est necessarium. Ergo conclusio diminuta est.

Ad hoc respondendum est primo quod Sed Contra concludit directe contra objectiones. Objectiones autem concludunt quod aliam doctrinam praetor philosophiam habere superfluum sit quia philosophico disciplinam sufficientem, vel quia altiora nobis quaerenda non sunt, vel quia ipso secundum theologiam metaphysicalem iam tractant de his de quibus tractaretur ab alia illa doctrina. Unde ambae objectiones dicunt illa sacra doctrina esset omnino inutilis. Et contra hoc respondit Sed contra quod utile sit aliam doctrinam haberi. Et ratio est quod ex una parte omnis scriptura divinitus inspirata utilis est ad aliquam doctrinam; ex alia parte doctrina ista non potest esse philosophica, ut dicit minor "Scriptura autem..."; nam philosophia non est ex divinitus inspiratis, sed ex principis naturaliter cognitis. Ergo ista doctrina ad quam utilis est scriptura alia est quam philosophica. Ergo, contra objectiones, "Utile est igitur..." Et secundo respondendum est quod huius Sed contra conclusio non dicit saltem utile esse ut sit alia doctrina, quasi intendat "si non sit necessaria, ad minus tamen utile est eam habere." Utile enim dupliciter intelligi potest: vel pro eo quod distinguitur contra necessarium; vel pro eo quod distinguitur contra hoc quod non potest uti. Et hoc ultimo sensu videtur hic sumi. Hic autem sensus in determinationem relinquit utrum sit vel necessarium vel utile necessario oppositum. Et hoc determinatur in corpore, ubi directo respondetur quaesito.

(c) In prima parte corporis, ibi, "Respondet... quae ratione humana investigatur," manifeste loquitur D. Thomas de sacra doctrina formaliter. Sed immoderate sequentia habent difficultatem. Nam videtur potius probare necessitatem ipsius revolutionis quam quantum ad ea quae simpliciter comprehensionem rationis excedunt, tunc quantum ad ea quae de Deo ratione humana investigari possunt. Sed quomodo ex his concludi potest necessitas sacrae doctrinae quae est ex principis fidei ratione humana deductae?

(c) Respondetur primo quod ut dicit Joannes hector in hunc locum, p. 348, b, n. 5 bis: "Divinum Thomam comprehendit ut virtutis probatio... etiam virtutis revoluta erit necessaria son

utilis." Sed quidnam a Divo Thoma mittitur in hoc argumento? Respondetur ex eo quod iam habitum est in Sed contra, et ex necessitate docendi, arguendi, etc.

(b) Nec dici possit quod in illa parte corporis: "Primo quidem,.....humanam excedunt," loquitur tantum de ipsa revolutione formalis, sed de revolutione quae comprehensionem tuam formalem tuam virtutalem, ut notat ipse Joannes. Conclusio autem valet quatenus revelatio de qua loquitur D. Thomas comprehendit etiam virtutalem rationem cuius scriptura divinitus inspirata dicitur utilis: est enim conclusio de sacra doctrina, ut patet ex principio et ex fine corporis.

(c) Sed illud quod hic ut facile omititur, in Prologo Scripti in I Sent., q. I., a. 1, magis explicite determinatur. Articulus iste totus perscrutandus est.

(1) Post objectiones, maximo notetur primum Sed contra, ibi "Sine fide impossibile est..." Et quod in hoc articulo intendat probare necessitatem sacrae doctrinae formaliter et quidem theologicae, manifestum est ex conclusione huius Sed contra "oportet esse aliquam doctrinam quae ex fidei principis procedat." Et idem patet ex omnibus quae in eodem articulo sequuntur.

Sed ipsum hoc argumentum magnum habet difficultatem. Nam difficile videtur quomodo ex hoc quod sine fide impossibile est placere Deo sequatur necessitas theologica. Circa considerandum est quod totum argumentum ponit ex significati formali illius termini "placere." Est igitur determinandum quod significat "placere" seu "complacere."

Complacere autem nihil est aliud quam propriam vitaliter offerre sive a voluntate sive ab intellectu, qua acti secundo tenditur in obiectum.

Primo dicendum est de complacere in voluntate. Ipsa nostra voluntas ut natura proportionem habet ad obiectum, et quod est bonum in communi, quae proportio dicitur amor naturalis. Sed ex hac proportione voluntas indifferens movetur ad hoc vel illud bonum in concreto, ut non magis ponderet in unum quam in aliud. Quae tamen indifferencia tollenda est ut possit in bonum concretum tendere, seu potest voluntatem proportionem debet minime ad hunc bonum. Et ad hoc primo inest ipse intellectus tollens indifferenciam ex parte obiecti apprehensi, quod est principium quoddam ipsius appetitus. Sed obiectum apprehensum ratio non est terminus appetitus, sed tantum principium movens voluntatem ut repraesentatio, non formaliter ut appetibile, seu ut bonum quod habet rationem finis. Praeterea, non possit intellectus appetitum voluntatis in bonum concretum proportionare in linea appetitus, quia voluntas sic ab extrinseco determinatur ad appetendum tale bonum. Hoc autem est impossibile. Et ratio est quia voluntas ita est potentia vitalis ut oporteat non se movere in bonum omni modo quo ei possibile est, scilicet, non tantum quoad executionem ut in plantis, vel quoad executionem et quoad formas operanti ut in animalibus contingit, sed ultra haec etiam quoad finem ut sic. Si ergo proportio ista vitalis est, oportet

voluntatem eam a seipsa habere, et proportionem a voluntate vitaliter intra voluntatem procedere. Actus autem quo voluntas seipsam movet ut obiecto proportionetur dicitur amor vitalis. Et ipse hic actus amoris vitalis quatenus dependentiam habet a obiecto intellectus apprehensio dicitur spiratio. Et illud quod voluntas intra se format ut possit vitaliter in hoc bonum concretum tendere quatenus et conformis in linea appetitionis, dicitur impulsus. Et ratione huius impulsus obiectum appetitum est quoddammodo intra ipsam voluntatem, non per seipsum (hoc enim non est de ratione boni, sed cognitivi), sed per ipsum pondus. Et sic sese impellendo et ex obiecto in obiectum ponderando, voluntas dicitur vitaliter proportionari seu proportionem a seipsa amore vitali effecta quae proportionem voluntas est in actu secundo tendens in bonum quoddam concretum. Et haec proportio secundum quam voluntas est actu et vitaliter tendens in obiectum in actu secundo dicitur complacentia. — Est autem hic valde notandum quod complacentia ista non habet rationem finis, sed potius mediū quo voluntas ultimā proportionatur in bonum quod remanet possidendum. Bonum enim est in rebus.

Hinc de complacentia in intellectu. Etiam intellectus ad obiectum suum proportionem habet a natura, etiam antequam actu intelligat. Quatenus proportio ista est ab obiecto extrinseco, non dicitur vitalis. Est autem in intellectu nostro alicuius proportio ex specio impressa. Sed nec ista proportio vitalis est, quia species impressa quae est ab extrinseco actus potentiam intellectus ante cognitionem ut medium quo. Nec proportio quae exsurgit ex specio expressa, quatenus vitalis sit, ultimā dici potest, ut secundum eam intellectus in actu secundo dicitur intelligere. Quatenus enim species expressa obiectum reddat prozens per modum termini cognitivi ut medium in quo, non tamen ex ea reddatur intellectus actu intelligens. Actus enim cognitionis est formaliter tendentia ad obiectum: "actus intelligendi unit obiectum per modum operationis tendentis in illud, non per modum formae, quae substituit et vias gerat pro illa." (J. A. S. Th., C. Ph., I., 713 b 36-40) Et ista operatio intelligendi secundum quam dicitur intellectus actu intelligens, seu operatio unitiva quae est actu aliud, et quae cognitum in actu est cognoscens in actu, dicitur rationem proportionis vitalis ab intellectu in actu in intellectu in actu, quae proportio nil est aliud quam complacentia. — Et quia proportio ista inest intellectui formaliter quatenus intelligit in actu secundo, et non tantum quasi praerequisita conditio, complacentia quae est secundum intellectum habet rationem ultimā ut de se in aliud non ordinatur.

Complacentiae sensu sic determinato, terminus "placere" ut in textu Scripturae ulterius manifestari debet. Et quidem primo utrum respectum dicit ad cognitionem vel ad voluntatem. Sed manifeste dicitur de complacentia secundum cognitionem, quia secundum fidem. Fides enim est de cognitivis formaliter cuius subiectum est intellectus; sed virtus quae respicit bonum divinum est charitas quae est in voluntate. Praeterea, nec complacentia quae est secundum charitatem habet rationem ultimā, nam ipsa charitas non consumatur secundum solam complacentiam, unde complacentia secundum charitatem non sufficit ut ex sola complacentia dicatur Deo placere.

Dicimus autem Deo placere secundum cognitionem, quando inest intellectui nostro complacentia ad Deum, seu proportio vitalis ad Deum. Sed ex ipsa fide non datur in intellectu nos-

ter non possit ois adherere nisi sub motione voluntatis quae est principium motuum extrinsecum. Ergo, nec secundum fidem inlysem possibile est Deo proprie placere secundum nostram cognitionem, quia ex sola fide intellectus noster non est vitaliter proportionatus. Unde, quando dicitur quod sine fide impossibile est placere Deo, non intelligitur fides ut id propter quod formaliter et consummative.

Sed quatenus est ista cognitio secundum quam dicimus Deo proprie placere, et ex qua intellectus noster in hac via vitaliter proportionatur Deo sub ratione deitatis? Ipsa nostra theologia viatorum talis est, quia per eam vitaliter proportionatur intellectus noster Deo sub ratione deitatis. Nam, quatenus theologia sit doctrina ex fidei principis obscuris procedens, est tamen ab ipso intellectu vitaliter quatenus scientia cum evidentia consequentia.

Et ideo, quando dicitur quod sine fide impossibile est placere Deo, intelligendum quod nobis impossibile est in hac via Deo supernaturali vitaliter proportionari secundum intellectum nisi per aliquam doctrinam ex fidei principis procedentem, non ex principis naturaliter tantum cognitivis.

Ergo, si terminus placere intelligitur formaliter, argumentum D. Thomas est optimū; si non, vanum.

(ii) Deinde, "Item, effectus.....". Ubi notandum quod proportio de qua loquitur D. Thomas non habetur ex sola fide, sed ex aliqua doctrina altior quam philosophia, "quae per revelationem procedat, et philosophiae defectum suppleat." Nota etiam quod effectus comparantur fidei, quatenus habet rationem principii ex quo.

(iii) In corpore distinguitur duplex contemplatio Dei: una per creaturas, alia ex Deo. Et haec iterum duplex: una Dei per essentiam in patria; alia ex divino lumine inspirata, et haec est doctrina theologiae.

Quia igitur contemplatio Dei per essentiam est finis totius hominis in via, oportet quod contemplatio quae in hac vita haberi potest ad finem supernaturalem ordinetur. Et talis est theologia. Principium huius demonstrationis est: finis humanae vitae est Dei contemplatio per essentiam, et non tantum per creaturas.

Est autem valde notandum quod doctrina sacra dicitur "hominis" necessaria, non autem cuiuslibet. Idem dici posset de philosophia homini necessaria. Nam aliquid potest homini esse necessarium, non autem cuiuslibet individuo humano; et aliquid homini esse necessarium ad salutem quod non cuiuslibet, ut quando dicitur theologia necessaria homini, hoc est Ecclesiae, ut supra dictum est. Apud protestantes vero, quod cuiuslibet homini non est necessarium, nec homini necessarium reputatur.

(iv) In responsione ad secundum theologia dicitur scientia per quam perficitur intellectus quantum ad cognitionem inlysem, scil. fidem. Rolate ad hanc perfectionem revolutio

virtualis est quasi semen. Revelatio virtualis vana esset sine theologia. Intellectus autem perficitur deducendo veritates de Deo ex illa. Rejiciendo igitur theologiam, simul et rejicitur revelatio virtualis; negando theologiae necessitatem, revelatio per accidens virtualis diocanda esset.

(d) Et haec omnia subintelliguntur in prima parte corporis articuli primi lae, q. 1. Cognitio ista quae includitur in ly "praecognitum" est cognitio viatoris perfecta, de qua loquitur in secundo Sed Contra I Sent., Prol., q. 1., art. 1, ubi "Cum igitur philosophia non procedat nisi per rationes sumptas ex creatoris, insufficientis est ad Dei cognitionem faciendam. Ergo oportet aliquam aliam doctrinam esse altiorum, quae per revelationem procedat, et philosophiae defectum suppleat." Illud "praecognitum" comprehendit doctrinam, ista formaliter intenditur in articulo. Unde dicit Joannes noster: "Hoc ergo tanquam per se notum et facilio reliquit D. Thomas...."

(e) Ex hoc ipso habetur conexio inter primam et secundam partem corporis, ibi "Ad ea etiam quae....". Theologia non est de principiis, sed de conclusionibus; nec philosophia est de principiis absolute, sed ex eis. Nunc autem obici posset quod philosophia perficitur ex naturaliter intellectis, theologia vero ex altioribus nobis. Cui D. Thomas respondet quod "Ad ea etiam....". Et ex hac revelatione ipsa philosophia perfectior est. Ergo, a fortiori theologia cujus certitudo est ex istis altioribus. Non solum igitur requiritur revelatio ad sacram doctrinam, sed et ad philosophiam propter rationes in corpore dictas.

(f) Quaevis autem philosophia indigeat revelatione divina instrui, non sequitur quod philosophia sit formaliter christiana, ut quidam dicunt. Nam conclusio philosophica non est nisi quando deducitur ex principiis naturaliter intellectis per bonam consequentiam. Valde notandum est quod D. Thomas loquitur de eis "quae de Deo ratione humana investigari possunt." Sed omnia quae in philosophia de Deo cognoscuntur in conclusionibus inveniuntur. (Ex quo confirmatur interpretatio nostra illius termini "doctrinae sacrae" ut de veritatibus deductis). Verum tamen quod philosophus christianus de quibusdam simul habet cognitionem fidei quae major est, et evidenter naturalis. Sed de hoc infra.

4º Nunc respondetur Cajetano:

(a) Solutio ejus contrariatur tum titulo tum intentioni hujus primi articuli. Titulo quatenus praetermittit oppositionem inter philosophicas disciplinas et aliam doctrinam. Intentioni, quatenus hic revocari ostendendum est utrum vel non doctrina de qua in hoc opere necessaria sit et quomodo.

(b) Si doctrina hic sumitur "pro cognitione a Deo revelata, sive formaliter sive virtualiter, ut habet rationem disciplinam et doctrinam, abstrahendo a ratione crediti et sciti," tunc demonstrat Divus Thomas vel necessitatem et fidei et theologiae simul, vel necessitatem aut theologiae. Si primum, theologia necessaria est;

si secundum, vel demonstrat quod hic demonstrandum non est, scil. fidem esse necessariam ad salutem; vel demonstrat necessitatem theologiae. Si vero in primo demonstratio necessitatis non includit ipsam theologiam necessariam, tunc non probavit intentionem.

(c) Sed diligenter inspecti manifestum est quod tota Cajetani difficultas provenit ex modo intelligendi illam necessitatem ad salutem. Quomodo autem ista intelligenda est ex supra dictis Joannis nostri sufficiens determinatum est.

(d) Verum est tamen quod illud quod a Divo Thoma explicite dictum est in corporis prima parte, ibi "Primo quidem....." includit tum formalem tum virtutalem revelationem, sed intelligendum est formalem ut principium, virtutalem ut doctrinam. Et de hac ultima proprie in hoc articulo, ut patet ex toto, et ex omnibus partibus ejus.

5º His omnibus ultimo addi potest quod theologia necessaria sit ad defendendam veritatem fidei est patet in Ecclesia militante, sed etiam simpliciter ad Ecclesiam quatenus comprehendit etiam triumphantem. Est enim theologia de ratione communicationis beatorum inter se de his quae vident in Deo. Sine tali communicatione non esset vita Ecclesiae in patria. Similis communicatio necessaria est in nostra Ecclesia in declaratione veritatum fidei. Et hoc manifeste ostenditur ex ipsa Scriptura, in qua fit declaratio ipsius Scripturae, ut patet ex verbis ipsius: Dominum nostri Jesu prophetas declarans et contra inimicos arguens. Et etiam ex Apostolo demonstrationes ex Scriptura facienti. Sed haec ipsa formaliter revelata sunt, unde non sunt propriae theologiae, manifestantur tamen per modum discursus, ut theologia ibi quasi in supereminenti exemplari illustratur, unde nos illa imitantes theologice procedimus.

"Theologiae quae sunt propriae divini" ad Rom. II, 4, c.